

vel videri. Eadem sacra Congr. Episcop. in *Nicostrat.* 16 Augusti 1594.

(47. Cella vacans assignari debet secundum antianitatem. Nec superior regularis potest aliter ordinare. Sac. cong. Episc. in *Ferrariens.* 3 Junii 1597; in *Urbinate.* 8 Februarii, et in *Januen.* 5 Sept. 1692, et 5 Julii 1693. (48. Et antianitas incipit a die professionis, non habitus suscepti. Eadem sac. cong. in *Paduana* de an. 1608, 5 Julii 1645, in *una Augustinens. Lombard.* 7 Januarii 1660, in *una Observant.* 21 Aug. 1654, et sæpe alibi. (49. Non obstantibus mandatis superiorum. Ead. sac. cong. in *Mediolanen.* 5 Febr. 1601; in *Faventina* 29 Aprilis 1603; in *Aversana* 26 Jan. 1604, et 20 Junii 1648. (50. Nisi in aliquo monasterio adesset consuetudo immemorabilis, quod cellæ vacantes distribuantur et assignentur ad arbitrium abbatissæ et discretarum. Eadem sacra Congr. Episcop. in *Mutinen.* 24 Jan. 1653.

(51. Concedi potest moniali cellam ædificare, eaque uti sua vita durante, vel alia a suis consanguineis ædificata. Eadem sacra Congr. Episc. in *Casentaten.* 2 Jan. 1601; in *Ulixbonen.* 16 Jan. ejusd. anni; in *Mantuanana* 14 Febr. ejusdem anni; in *Mexicana* 31 Maii 1602; in *Eugubina* 15 Dec. 1603; in *una Civitatis angelor. Indiar.* 8 Aprilis 1606, et sæpe alibi. (52. Nec debet ab ea removeri pro faciendo valetudinario. Ead. sac. Congr. Episc. in *Assisien.* 9 Febr. 1624; in *Cesaraugustana* 11 Maii 1635. (53. Non potest tamen illam vendere. Ead. sac. Congr. Episc. in *Mediolan.* 8 Novembris 1625. (54. Licet vellet applicare pretium in utilitatem monasterii. Ead. sac. cong. in *d. Mediolan.* Nisi de licentia sacre congregationis, et consensu monialium. Ead. sac. cong. Episc. in *una Venetiarum* 3 Maii 1647.

(55. Neque potest decernere, quod monialis antiana, quæ cellam optare volet, teneatur aliquid solvere. Ead. sac. Congr. Episc. in *Januen.* 22 Decemb. 1620. Quod servari debet etiam in casu permutationis, ne via fraudibus aperiatur. Ead. sac. cong. Episc. in *Neapolit.* 17 Nov. 1628.

(56. Monialium nulli conceditur facultas disponendi de cellis suis post obitum, sed eæ, dum vacaverint, superiorum arbitrio aliis monialibus in ordine superioribus distribui debent. Sac. Congr. Concil. in *Aversana* 26 Januar. 1604, apud Barbosam in *Summa Apostolic. decis.*, verb. *Moniales*, num. 20, et lib. 1 *Juris eccles. univers.*, c. 44, n. 59, ubi dicit, id etiam decisum fuisse in *Mutinensi* 19 April. 1615. Et tantum disponendi de suis bonis ea relinquendo huic, vel illi moniali, cum id sit contra votum paupertatis, ut notant communiter doctores.

(57. Moniales non debent dormire associatæ. Sac. cong. Episc. et Regul. 21 Maii 1615.

(58. Moniales diebus bacchanalium, nec unquam, uti debent habitu virili, neque arma cujusvis speciei tractare. Sac. Congr. Episc. in *Ferrar.* 27 Apr. 1604, ibi: «Prohi-

beant ordinarii, ne moniales monasteriorum, tam eis quam superioribus regularibus subjectorum in bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis, utantur habitu virorum, neque cujusvis speciei armis se accingant; est enim hoc odibile Deo, ut habetur in *Deuter. xxii*, ibi: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.*

(59. Monialibus non committitur clavis custodiæ sanctissimi sacramenti, sed penes eum sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat cura illud administrandi. Sac. cong. Conc. in *Vallisotana* 12 Jan. 1604. (60. Monialium in monasteriis reliquiæ asservari non debent, sed in exterioribus Ecclesiis. Sac. Congr. Conc. in *Faventina* 7 Martii 1617.

(61. Dies festus titularis quoties modeste, et sine abusu celebretur, non potest monialibus prohiberi, ne illum solemnizent. Sac. cong. Concil. in *Hydracen. Visitationis* 21 Jan. 1692, in responsione ad 11. (62. Prohibetur in ecclesiis monialium cantus simplex, vel figuratus musicorum exterorum. Sacra cong. Episc. et Regul. in Decretis generalibus editis sub Greg. XIII, relatis a Pignat., t. VI, cons. 85, n. 98, et in aliis decretis relatis a Barb., l. 1, *Jur. eccles. univers.*, c. 44, num. 61, et in aliis posterioribus relatis a Gavant., *Manual. episc.*, verb. *Monialium communes leges*, in addit., num. 6; Crispin., *De visit.*, part. 1, § 42, n. 28. (63. Episcopus prohibere potest, ne in ecclesiis monialium etiam interioribus canatur ab ipsis musica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ et verba spiritualia sint, sicuti potest id prohibere in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis; non obstante quacunque contraria consuetudine, censuit sac. cong. Rit. in *Hispalen.* 3 Sept. 1695 et 24 Nov. 1696, referente eminentiss. cardin. Colloredo in responsione ad quartum; quia cantus hujusmodi est contra ritum Ecclesiæ.

(64. Moniales in refectorio communi comedere, et in loco etiam communi laborare debent. S. cong. Conc. in *Messan.* 1 Aug. 1603. (65. Monialibus prohibetur cibum exteris parare, aut esculenta vendere, exceptis tamen rebus minimi momenti, pro infirmis scilicet parentibus, ac consanguineis duntaxat. Sac. cong. Conc. 1 Julii 1606.

(66. Moniales, completo officio, possunt recitare aliquem psalmum, orationem, vel collectam, quia hoc non est officio addere. Sac. Rit. cong. 12 Jan. 1600. (67. Moniales, quæ Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendæ ad recipiendum monasticum. Ead. sac. cong. 6 Maii 1622. (68. Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo divinum officium, non vero earum capellani. Ead. sac. Rit. cong. 11 Maii 1635. (69. Moniales nec ad cuorum, nec ac professionem admitti debent, nisi legere noverint. Sac. cong. in *Girgensi* 22 Januarii 1604.

(70. Moniales nequeunt esse commatres, etiam per procuratorem. Sac. cong. Conc. in *Mediolanen.* 3 Octobris 1787, ubi id prohibuit pro omnibus regularibus. Vide verb. *BAPTISMUS*, art. 7, a n. 41 ad 47, ubi ad id adducuntur canones, concilia et synodi.

(71. Propter inconvenientia secuta ex parvis canonicis, qui voluptatis gratia tenebantur in monasteriis monialium, facta fuit circa id prohibitio generalis, ne amplius inter habeantur, neque masculi, neque feminae. Sac. cong. Episcop. et Regul. in *Neapolitana* 12 Julii 1592; in *Mutinensi* 3 Febr. 1597, et in *Justinopolitana* 22 Septembris 1651.

(72. In monasteria monialium introduci pueros, et puellas tenellæ ætatis vetandum est, ex more Romæ obtinente. *Instit. Eccl.*, 29, § 24.

(73. Monialium et monachorum cohabitatio apud Maronitas usu recepta, prohibetur. Bened. XIV, tom. I, constit. 31, incip. *Singularis*, § 8.

SUMMARIUM.

1. Monitorium quid sit? — 2. Monitoria concedere potest in toto orbe summus Pontifex. — 3. Item episcopi in suis respective diocesis. — 4. Item vicarius generalis episcopi vigore suæ generalis Commissionis. — 5. Item vicarius capitularis sede vacante. — 6. Item vicarius Apostolicus. — 7. Item legati a latere, et nuntii Apostolici. — 8. Talia monitoria nequeunt concedere abbates, alique prelati ordinarii etiam exempti episcopo inferiores, et immediate sede Apostolicæ subjecti, ac nullius diocesis. — 9. Possunt tamen talia monitoria concedere generales religionum, eorumque visitatores, et provinciales pro suis subditis; non vero superiores locales. — 10. Posse autem superiores locales monitoria edere in suis conventibus, non quidem ad finem revelandi pro rebus, aut scripturis deperditis, vel subtractis, sed pro aliis delictis, tenent multi. — 11. Monitoria pro revelandis rebus occultis conceduntur solum in subsidium, quando scilicet deficient probationes, et veritas alio modo haberi non potest. — 12. Monitoria hujusmodi sunt concedenda solum illi cujus interest, non autem aliis. — 13. Hinc, si essent concessa absque petentis interesse, essent revocanda. — 14. Monitoria hujusmodi non possunt concedi pro qualibet parva re. — 15. Hinc Romana Curia non concedit monitoria, nisi sub conditione, quod res perditæ, seu subtracta, ascendant ad valorem quinquaginta aureorum, sive scuto-rum monetæ, licet fuerint separatim subtracti. — 16. Potest tamen aliqua res in se parva et levis, esse gravis, et non vulgaris in jure ex circumstantiis, ideoque sufficiens ad concedendum monitorium. — 17. Item si plures grave damnum intulerint, non simul, sed separatim, et singuli parum acceperint non pertingens ad peccatum mortale, tunc adest sufficiens causa concedenti monitorium sub pœna excommunicationis obligans singulos ad restituendum, et revelandum. — 18. Monitoria hujusmodi non possunt concedi in criminalibus. — 19. Hinc petenti copias revelationum dari potest juramentum, quod illis non utetur, nisi in iudicio civili. — 20. Et si revelationes contineant infamiam, vel aliquid aliud ex quo oriri possit scandalum, non debent concedi, sed monito detentore, si restituere nolit, repetitis testibus cum juramento poterit excommunicari. — 21. Monitoria hujusmodi non sunt concedenda, quando certa sunt persone. — 22. Monitoria hu-

(74. Anglicanarum virginum a patria ob catholicam fidem expulsarum institutum utile censetur, et episcopis commendatur; earum tamen conservatoria a Sede Apostolica non approbantur tanquam vera monialium monasteria, sed tolerantur. Bened. XIV, tom. III, constit. 7, incip. *Quamvis justo*. Non sunt veræ religiosæ, earumque vota sunt tantum simplicia. Ordinariæ episcoporum auctoritati subsunt, et ab iis confessorios et directores spirituales accipere debent. *Ibid.*, § 13, 14. Superiorissis earum non licet virginem ullam ad professionem admittere inconsulto episcopo. *Ibid.*, § 18.

Alia de monialibus, vide Pignatell., t. VI, consult. 85, per totum; Barbosam, lib. 1 *Juris ecclesiastic. univers.*, cap. 44, per totum; Donatum, tom. IV *Prax. rer. regul.*, tract. 4, qu. 5, per tot., ubi plurima ad rem afferuntur decreta sacre congregationis, et vide ea, quæ scripta sunt verb. *REGULARES*, art. 1, per tot., et signanter a n. 73.

MONITORIUM

jusmodi possunt concedi, tam ante coeptam htem, quam ea pendente, dum probationum terminus non elabitur. — 23. Monitoria hujusmodi potest promulgare ex officio iudex ecclesiasticus, etiam nemine petente. — 24. Monitoria hujusmodi non sunt concedenda ad instantiam nominatim excommunicati, seu publici, aut notorii peccatoris. — 25. Monitoria hujusmodi publicantur tribus festis diebus, exceptis solemnioribus. — 26. Adducitur modus fulminandi excommunicationem monitorii. — 27. Monitorii vi nemo tenetur seipsum patefacere, aut denunciare. — 28. Qui tamen alienam rem surripuit, tenetur procurare, ut res restituatur domino per fidelem amicum, aut per confessorium. — 29. Non tenetur autem alienam rem restituere, neque vi monitorii, si effectus sit impotens ad solvendum, dummodo habeat animum restituendi cum primum possit. — 30. Neque vi monitorii restituere tenetur, si talem rem retineat in justam compensationem. — 31. Neque scientes hujusmodi detentorem tenentur vi monitorii eum denunciare, si scient eum talem rem retinere ob justam compensationem, aut non restituere ob impotentiam. — 32. Tenentur autem scientes revelare, et denunciare eum, si solum habet impotentiam ad restituendum, seu justum titulum compensationis quoad partem, et non quoad totum. — 33. Item scientes eum denunciare tenentur, si dubitent de justitia compensationis, aut de impotentia restituendi, nisi rationabiliter deponant dubium. — 34. Nemo tenetur vi monitorii alium denunciare, quando ex denuntiatione prudenter timet sibi, aut suis usque ad quartum gradum, aliquid grave damnum. — 35. Nec quis tenetur ex vi monitorii denunciare conjunctos intra quartum gradum, etiamsi non adsint alii testes. — 36. Qui inhabetiles sunt ad testimonium revelare, præsertim cum deficient aliæ probationes. — 37. Monitorii vi revelare nemo tenetur id quod duntaxat scit sub secreto naturali. — 38. Excipe tamen casus, in quibus agatur de impediendo futuro damno republicæ, aut tertiæ privatae personæ, quod aliter evitari non possit, aut de revelando impedimento occulto dirimente matrimonio. — 39. Nemo tenetur denunciare ea quæ non scit. — 40. Unde nemo revelare tenetur ea quæ audivit a personis levibus, vel ignotis, aut nihil certum scientibus. — 41. Neque quis revelare tenetur, quæ audivit ab eo, qui jam denunciavit. —

42. Nemo denuntiare tenetur id quod in iudicio probare non potest. — 43. Excipiuntur tamen aliqui casus respicientes alias materias, qui assignantur usque ad n. 46. — 47. Non tenetur denuntiare vi monitorii ad finem restitutionis, qui rite rem præscripsit. — 48. Non tenetur denuntiare, qui rem habet sibi debitam, quamvis adsint creditores ipso anteriores. — 49. Nec etiam tenetur denuntiare, qui bona fide rem alienam pretio numerato emit a latrone, negata, aut non sperata refusione pretii. — 50. Detinens mala fide scripturam alienam, quatenus eam abstulit, tenetur vi monitorii eam reddere domino cum æquali suo damno, aut paulo majori, non tamen cum suo damno longe majori damno ipsius domini. — 51. Si injustus detentor possit suam infamiam, seu suum majus damnum evitare restituendo scripturam, medio secreto amico, aut prudenti confessario, tenetur omnino restituere, alias, ultra grave peccatum, incurrit excommunicationem. — 52. Detinens bona fide scripturam alienam non tenetur eam reddere cum suo, aut suorum notabili damno, etiam minori damno domini scriptura. — 53. Si autem dictus bonæ fidei detentor possit suum, aut suorum notabile damnum evitare restituendo per se, aut medio secreto amico, seu prudenti confessario, vel alio modo, tenetur ex iustitia id facere, quando advertit, scripturam esse alienam; alias tenebitur ad omnia damna quæ sequentur a die habitæ notitiæ, seu factæ advertentiæ, quod scriptura esset aliena. — 54. Detinens scripturam publicam continentem acta producta, et effecta in iudicio tenetur vi monitorii eam tradere, sicuti et testis eam revelare. — 55. Detinens scripturam communem reo et actori, quatenus spectat ad jus utriusque, non tenetur vi monitorii eam tradere, sicuti nec testis revelare, quando inservire potest pro jure alterius contra jus proprium. — 56. Detinens scripturam propriam spectantem ad suum jus, et sua bona, non tenetur vi monitorii eam tradere, sicuti nec testis revelare. — 57. Detinens scripturam spectantem ad jus, et bona actoris, si sit certus de sua iustitia, et quando actor, attentata ejus potentia, et opulentia, uterur injuste tali scriptura contra ipsum, tunc, durante eo periculo, non tenetur vi monitorii eam tradere, sicuti nec testis revelare. — 58. Secus autem si sit solum dubius. — 59. Et a fortiori tenetur detinens dictam scripturam actori consignare, et testis revelare, si actor habet jus quamvis litigiosum ad rem, ad quam inservit scriptura. — 60. Detinens transumptum non authenticum scripturæ spectantis ad actorem non tenetur vi monitorii illud consignare, sicuti nec testis revelare. — 61. Sciens aliquem detinere scripturam alienam, ex quo, ipso solo præsentate tan-

(1. Per monitorium intelliguntur hic specialiter monitoriales litteræ, seu edicta, quæ a legitimis Ecclesiæ superioribus eduntur, seu conceduntur pro rebus, aut scripturis deperditis, aut subtractis, vel occultatis, ad finem obligandi ad restitutionem illas habentes, et ad revelationem id certo scientes, sub pena excommunicationis majoris late sententiæ ipso facto incurrendæ, restitutione, vel revelatione non facta intra præfixum tempus. (2. Talia monitoria concedere potest in toto orbe Summus Pontifex. Certissima. (3. Item episcopi in suis respective diocæsis. Concil. Trident., sess. xxv, *De reformat.*, cap. 3., et communis doctorum. (4. Item vicarius generalis episcopi vigore suæ generalis commissionis: Nicol. Garcias, *De benefic.*, part. v, cap. 8, n. 94, ubi adducit ad hoc duplicem sacræ congregationis Cardinalium de arationem super dictum cap.

quam confidente, communicavit dictam scripturam cum suo avvocato, vel procuratore, non tenetur vi monitorii revelare. — 62. Cum quis, ne creditores aliqua sua bona adjudicent, illa vendit in confidentia cuidam suo amico, hic amicus, si talis venditor monitus nolit satisfacere creditoribus, et nullum ipsi sequatur notabile damnum, tenetur vi monitorii revelare talia bona. — 63. Nemo tenetur denuntiare vi monitorii, quando tempore publicationis, et excommunicationis degebat extra territorium episcopi excommunicantis. — 64. Qui autem ad dictum territorium revertitur, seu ibi domicilium sibi nondum facta tertia monitorii promulgatione, tenetur revelare, si monitorii sit certior effectus. — 65. Item denuntiare tenetur, qui exit e tali territorio jam facta prima monitorii promulgatione, licet exeat animo non revertendi, sed perpetuo alibi habitandi. — 66. Item a fortiori tali monitorio figuratus reus delicti, propter quod promulgatum est monitorium, etiamsi promulgatum sit post ejus discessum a tali territorio. — 67. Superiores regulares possunt suos subditos per monitorium citare et censuris ligare ubicunque etiam extra eorum territorium existant, sive deliquerint extra, sive intra eorum territorium. — 68. Regulares scientes rem, de qua loquitur monitorium episcopi, non tenentur denuntiare; et si non revelant, non sunt excommunicati. — 69. Obligati ad denuntiandum, si non denuntiant intra terminum præfixum in monitorio, peccant mortaliter, et incurunt excommunicationem, nisi ignorent monitorium, vel si sint legitime impediti, aut alia justa causa excusetur. — 70. Qui autem intra terminum præfixum non revelarunt ob ignorantiam monitorii, vel ob legitimum impedimentum, aut ob aliam justam causam, istis cessantibus, tenentur revelare etiam elapso dicto tempore. — 71. Mortuo superiore, etiam Papa, intra terminum monitorii, seu edicti, expirat monitorium seu edictum, sicuti etiam expirat, si superior jurisdictionem amittat. — 72. Si autem censura jam fuerit contracta ante superioris mortem, non tollitur per ejus mortem, sed per absolutionem, qua in monitoriis solet reservari, et a nullo potest impendi, nisi satisfacta parte. — 73. Qua satisfactione peracta, seu obedientia præstita, etiam executor monitorialium Papalium potest ea absolute, etiam confessarii privilegiati, ut regulares. — 74. Ab excommunicatione vero lata, et sibi specialiter reservata, in monitorio ab episcopo non possunt regulares absolvi sine speciali ejusdem facultate. Sed potest absolvi solus ipse episcopus, vel ejus delegatus, vel ejus successor. — 75. Subnectuntur *Addit. ex aliena manu* ad n. 84.

concil. quarum prima hæc verba continet: « Vicarius episcopi potest concedere litteras monitoriales, de quibus in præsentis decreto. » Secunda hæc alia verba continet: « Vicarius generalis episcopi potest has excommunicationes decernere, adhibita causæ cognitione, nec indiget speciali mandato episcopi; » et sic, pluribus citatis, tenet Barbosa supra dict. cap. 3; Trident., n. 5; contra Ugolin., Narbon., Campanil., et alios existimantes vicarium generalem episcopi non posse ex generali commissione hujusmodi excommunicationes, seu monitoriales litteras decernere.

(5. Item talia monitoria concedere potest vicarius capitularis, sede vacante, qui ad capitulum transeunt omnia, quæ sunt jurisdictionis necessariæ, ut est excommunicationis promulgandæ facultas, et sic expresse respondit sacra congregat. Concilii

apud Garciam, *De benefic.*, part. v, cap. 8, n. 94., et Barbosam, *De offic. et potest. episc.*, part. iii, allegat. 96, n. 7, ibi: « Stante hac declaratione quærebatur, an eadem potestas competat vicario capituli sede vacante? Congregatio censuit affirmative, quia ad capitulum transeunt ea quæ sunt jurisdictionis necessariæ, ut est excommunicatio, etc. » Et sic tenent communiter doctores cum Barbosa, d. alleg. 96, n. 10, et *super Trident.*, d. sess. xxv, cap. 3, n. 6.

(6. Item talia monitoria præ a causæ cognitione, potest concedere etiam vicarius Apostolicus, ut expresse decrevit sac. congreg. concilii sub die 26 octobris 1590, apud Barbosam, in *Summa Apostolic. decis.*, verb. *Monitoria*, n. 1, et cit. alleg. 96, n. 10; Theophil. Raynaud., *De monit. Eccles.*, p. i, c. 1, q. 10, vers. *Omnia*.

(7. Item talia monitoria possunt concedere legati a latere, et nuncii Apostolici. Barbosa, cit. allegat. 96; n. 11, et *super Trid.*, cit. cap. 3, n. 8; Raynaud., *loc. cit.*, quæst. 10, in princip. Aloysius Riccius, in *Praxi fori Eccles.*, resolut. 235, n. 2; Lazar., *De monitor.*, sect. 1, qu. 5; Guttier., *Canon.*, lib. 1, cap. 11, a n. 5; Ugolin., *De potest. episc.*, cap. 46, in princip.; Escobar, in *Tractat. select.*, tract. 2., part. 1, § 3, n. 60, et alii.

(8. Talia autem monitoria nequeunt concedere abbates, alique prælati, ordinarii etiam exempti, episcopo inferiores, et immediate Sedi Apostolicæ subiecti, ac nullius diocæsis, sed pro illis obtinendis debent eorum subditi Sedem Apostolicam adire, ut declaravit sacra congreg. Concilii 22 Januar. 1598 apud Monacell., part. 1, tit. 6, formul. 11, num. 13., et referunt etiam sic decisum Barbosa, in *Summa, loc. cit.*, n. 3, *super Trid.*, *loc. cit.*, n. 9., in d. allegat. 96, n. 12, Ugolin. Garcias, Campanil., et alii ibi citati.

(9. Possunt tamen talia monitoria concedere generales religionum, eorumque visitatores et provinciales pro suis subditis, non vero superiores locales, ut priores, guardiani et alii similes, qui alios superiores majores habent subtus generalem, quia superiores locales non habent auctoritatem quasi episcopalem. Tancred. tom. V, tractat. 4, quæst. 2, n. 1; Felix potestas, tom. II, part. 1, n. 3; Miranda Rodericus, Fr. Emmanuel citati et secuti a Barbosa, *super Trid.*, *loc. cit.*, num. 10 et alii.

(10. Posse autem superiores locales monitoria edere in suis conventibus, non quidem ad finem revelandi pro rebus, aut scripturis deperditis, aut subtractis, sed pro aliis delictis, ut pro rebus fugitivi, seu apostatæ ad conventum intra tres, vel quatuor dies et hujusmodi, docet cum permultis Melphi, *De pænis*, c. 28, q. 1 et 2, et adducit disparitatem de excommunicatione pro rebus deperditis, seu subtractis dicens, hanc servari prælati majoribus privative quoad superiores locales, quia solet esse solemnior, ac majori gravitate et circumspectione exercenda; sed vide ipsum *loc. cit.* et Felicem Potestatem, *loc. cit.*, n. 3.

(11. Monitoria pro revelandis rebus oc-

cultis conceduntur solum in subsidium, quando scilicet deficient probationes, et veritas alio modo haberi non potest. Sic sentire videtur concil. Trident., cit. sess. xxv, cap. 3, et sic expresse rescripsit sacra congreg. Episcop. in *Savonen*. 15 Januar. 1619, apud Nicol., in *Floscul.* verb. *Monitorium*, n. 2, et tenent communiter DD. cum Barbosa, cit. alleg. 96, n. 24, et cit. sess. xxv, cap. 3, a. n. 18.

(12. Monitoria hujusmodi sunt concedenda solum illi, cujus interest, non autem aliis. Sic expresse statuit S. Pius V constitut. incip. *Sanctissimus*, ubi ordinavit, quod mandata in formam *Significavit* pro rerum subtractarum, aut deperditarum restitutione, aut revelatione expediantur ad eorum duntaxat instantiam, quorum civiliter interest: Barbosa, cit. alleg. 96, n. 24 et cit. sess. xxv, cap. 3, n. 16, cum Ugolin., Lazar., Riccio, Genuens. ibi citatis, et alii passim. (13. Hinc, si essent concessa absque petentis interesse, essent revocanda, ut cum Lazar., Francis., Leon., Aloysio Riccio tenet Barbosa, cit. allegat. 96, n. 24 et cit. cap. 3, n. 17.

(14. Monitoria hujusmodi non possunt concedi pro qualibet parva re. Sic concil. Trident., cit. sess. xxv, c. 3, ibi: « Non alias, quam ex re non vulgari » et S. Pius V, cit. constitut. incip. *Sanctissimus*, ibi: « Et tamen ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minime vulgares existere. » Et sic doctores communiter. (15. Hinc Romana Curia non concedit monitoria, nisi sub conditione, quod res perditæ, seu subtracta ascendat ad valorem quinquaginta aureorum, sive scutorum monetæ, licet fuerint separatim subtracti et patet ex forma impressa, ut testatur Nicol., in *Floscul.*, verb. *Monitorium*, n. 4; Barbosa cit. allegat. 96, n. 30; referens ex aliis in curia Neapolitana monitoria non concedi pro minori summa, quam quinquaginta ducatorum; considerata tamen paupertate petentis, aliquando decerni in minori summa decem, viginti, vel triginta ducatorum pro episcopi arbitrio.

(16. Potest tamen aliqua res, in se parva et levis, esse gravis, et non vulgaris in jure ex circumstantiis, adeoque sufficiens ad concedendum monitorium, ut si in monasterio religiosorum, seu religiosarum e cella unius fuerit ablata res valoris, v. g. duntaxat sex juliorum, adest tunc sufficiens causa ut superior provincialis, et respective episcopus pro monasteriis sibi subiectis, possit monitorium concedere, quia, quamvis talis materia sit in se levis, est tamen gravis; prout potest enervare regularem disciplinam, frangendo communem pacem, et destruendo publicum spirituale monasterii bonum. Unde superior ad hæc mala evitanda et disciplinam regularem fovendam, publicum monasterii spirituale bonum, et communem pacem conservandam, potest monitorium sub excommunicatione ferre, obligando subditum ad restituendum, vel revelandum; quamvis enim talis materia sit levis in linea justitiæ, evadit gravis ratione talis circumstantiæ et in linea obedientiæ. Sic Tancred.

t. V, tract. 4, quæst. 2, cum Suarez, Tamburin., *De jure abbatissar.*, et aliis ibi citatis, Felix Potestas, *loc. cit.*, n. 12, et alii.

(17. Item si plures v. g. grave damnum intulerint, non simul, sed separatim et singuli parum acceperint, non pertingens ad peccatum mortale, ut si plures in populari tumultu deprædati sint aliquam domum, aliquam vineam, tunc adest sufficiens causa concedendi monitorium sub pœna excommunicationis obligans singulos ad restituendum et revelandum, quia licet singuli quid leve rapuerint, omnia tamen hæc levia notabilem damnum constituunt, quod cum possint reparare, si singuli suum leve furatum, seu acceptum restituant, singuli peccant mortaliter detinendo, et consequenter singuli monitorio ligantur. Barbosa, *cit. alleg.* 96, n. 29; cum Suarez, Lazar., Bonacina, Henriq., Genuens. ibi citatis, Felix Potestas *l. c.*, n. 19, et alii.

(18. Monitoria hujusmodi non possunt concedi in criminalibus, quia et afferunt infamiam notam, et inducunt periculum incurrendi irregularitatem. Unde ex stylo Curie Romanæ, et ex generali diœcesanorum usu in ipsius monitoriis, teste Barbosa, *c. alleg.* 96, n. 32, ponitur sequens clausula: « Nolumus autem, quod ex revelatione hujusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro civili interesse et civiliter tantum agi possit, alias revelatio ipsa, neque in judicio, neque extra, fidem faciat. » Et sic tenent communiter doctores cum Barbosa, *cit. allegat.* 96, n. 32. Unde sacr. cong. Episcop. in *Aprutina* 22 April. 1616, expresse respondit, quod concedi non possunt monitoria ad finem revelandi, ad detegendum delicta, vel delinquentes; neque pro reperiendis testibus in causa criminali etiam ad defensam. Ead. sacr. congreg. Episcop. in *Compsana* 28 Novemb. 1589. Nec talibus revelationibus uti possunt in causa criminali, licet adessent. Ead. sac. congreg. Episc. in *Senogallien.* 5 Julii 1619, apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Monitorium*, n. 1.

(19. Hinc petenti copias revelationum dari potest juramentum, quod illis non utetur, nisi in judicio civili. Sic rescripsit sacr. cong. Episc. et Regul. episcopo Marsicano 21 Martii 1589; et episcopo Perusino 5 Maii 1589. (20. Et si revelationes contineant infamiam, vel aliquid aliud, ex quo oriri possit scandalum, non debent concedi, sed monito detentore, si restituere nolit, repetitis testibus cum juramento, poterit excommunicari, ut respondit sac. cong. Episcop. in *Gallipolitana* 7 Junii 1594; apud Monacell. part. 1, tit. 6, formul. 11, n. 11; ubi id docent cum Januensi, Lazar. Piasec. ibi citati, et cum multis aliis tenent Barbosa *cit. alleg.* 96, n. 33; ubi dicit quod monitoria non debent concedi, si sint infamatoria alicujus particularis personæ.

(21. Monitoria hujusmodi non sunt concedenda, quando certæ sunt personæ, quia tunc ordinarie est agendum et procedendum, ut deducitur ex concil. Trident., *cit. sess.*

xxv, cap. 3; *De reformat.*, et docent. Franc., Leo, Giurba, Costa, Lazar., Riccius, Campanil., Marta, Raynaud. citati, et secuti a Barbosa *d. allegat.* 96, n. 25.

(22. Monitoria hujusmodi possunt concedi tam ante ceptam litem, quam ea pendente, dum probationum terminus non elabitur. Lazar., Campanil., Petrus Gregorius, Mandell. et alii citati, et secuti a Barbosa, *d. allegat.* 96, n. 33, et alii passim.

(23. Monitoria hujusmodi potest promulgare ex officio iudex ecclesiasticus etiam nemine petente, v. g. contra detinentes res Ecclesiæ, si eas non restituant, vel contra non revelantes eos, quos noverint eas detinere, ut habetur in Extravagant. unica Joan. XXII *De furtis*, et docet Barbosa, *l. c.*, n. 23, et communis aliorum.

(24. Monitoria hujusmodi non sunt concedenda ad instantiam nominatim excommunicati, seu publici et notorii peccatoris. *Communis*, arg. *c. Immunitatem* 10, De immunitate Ecclesiæ, ibi: « Cum... frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem; » cap. *Sacerdotibus* 2, Ne clerici, vel monachi; ibi: « Indignum est eis ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari, » et cap. *In audientia* 23, De sent. excom., ibi: « Cum frustra Ecclesiæ imploret auxilium, qui committit in ipsam. » Hinc concilium Mediolanense quartum tit. *De foro episcopali* expresse id vetuit, ibi: « Excommunicationum litteræ non concedantur... cuiquam excommunicato, aut manifeste, aut notorie criminoso. » Et id etiam prohibuit concilium Tolosanum part. iv, cap. 1, n. 6; ibi: « Nullæ in excommunicati, aut perdit, scelestique hominis gratiam... excommunicationes decernantur. »

(25. Monitoria hujusmodi concessa pro habendis revelationibus publicantur tribus festivis diebus, exceptis tamen diebus Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, diebus Pentecostes, Corporis Christi, aliisque anniversariis solemnioribus diebus, nisi alia gravi de causa episcopos aliter censuerit. Barbosa, *cit. allegat.* 96, n. 43; cum pluribus ibi citatis, Monacell., *loc. citat.*, n. 1; Nicol., *Lucubrat. canonic.*, l. v, tit. 39, *De sent. excom.* post n. 23; Guazzin., in *Tract. ad defens. animar.*, lib. II, def. 2, cap. 17; n. 79, et conc. Mediolan. iv, part. III, tit. 8. *De foro episcopali*, ibi: « Cum vero pro ratione præscripta aliquando concedentur (excommunicationum litteræ), ne tamen in sanctissimis his diebus, in Nativitate scilicet Domini, Pascha Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in celebritate sacri Corporis Domini, et aliis anniversariis solemnioribus diebus ullo modo promulgentur, nisi episcopus aliter censuerit. »

(26. Parochus autem, vel alius ecclesiæ rector, dum publice in ecclesia sententiam excommunicationis fulminat contra non restituentes, seu non revelantes, tenet manibus candelam accensam et in fine, candela in terram projecta et extincta, pedibus eam conculcat, interim campana ecclesiæ paulatim pulsante juxta formam traditam a Joan-

ne XXII, in Extravagant. commun. unic. *De furt.* Et exinde, ut populus cæremoniarum ecclesiæ significationem percipiat, et effectus excommunicationis magis pertimescat, statim ipsum instruit, quod ipse parochus Christum excommunicantem, et projectio candelæ, ejusdemque extinctio, et campanæ pulsatio excommunicatum quasi mortuum significat, ut pote a Christi corpore, tanquam palmitem a vite præcisum, et quod conculcatio candelæ pedibus facta demonstrat excommunicatum, sic ab Ecclesia ejectum, traditum esse daemioni torquendum et ab eodem, aliisque tartareis ministris in inferno conculcandum, nisi respiscat.

(27. Monitorii vi nemo tenetur seipsum patefacere, aut denunciare, quia nemo se infamare debet, cap. *Quis aliquando* 87, De pœnitent., dist. 1; Barbosa, *cit. allegat.* 96, n. 45 et sequent. et communis aliorum (101). (28. Qui autem alienam rem subripuit, tenetur procurare, ut res restituatur domino per amicum fidelem, aut per confessarium. *Communis*. (29. Non tenetur alienam rem restituere, neque vi monitorii, si effectus sit impotens ad solvendum, dummodo habeat animum restituendi, cum primum possit; quia impossibile nulla est obligatio; l. *Impossibile*, ff. *De regul. juris*, et c. *Nemo potest* 6, De regul. juris, in 6; ibi: « Nemo potest ad impossibile obligari, » Barbosa, *loc. cit.*, n. 47 et alii communiter. (30. Neque vi monitorii restituere tenetur, si talem rem retineat in justam compensationem. Barbosa, *loc. cit.*, n. 49, cum communis aliorum, dummodo concurrant omnes conditiones ad justam compensationem requisitæ assignatæ sub verb. *COMPENSATIO. Vide ibi.*

(31. Neque scientes hujusmodi detentorem tenentur vi monitorii eum denunciare, si sciunt eum talem rem retinere ob justam compensationem, aut non restituere ob impotentiam, quia cum in similibus casibus monitorium non liget principalem, tanto minus ligabit minus principales, uti sunt scientes respectu detentoris. Barbosa, *loc. cit.*, num. 72, cum communis aliorum.

(32. Tenentur autem scientes revelare, et denunciare eum, si solum sit impotens restituere in totum et non quoad partem, seu si solum ob partem habeat justum titulum compensationis et non ob totum, quia in tali casu, sicuti detentor non excusatur quoad totum, sed solum quoad partem a restitutione, ita nec scientes excusantur a revelatione. *Communis*.

(33. Item scientes eum denunciare tenentur, si dubitent de justitia compensationis, aut de impotentia restituendi, nisi rationaliter deponant dubium, quatenus nempe eam audierint a fide digno, quia possessio

(101) *Nota Romani theologi.* — Quæ in hoc articulo a n. 27, ad 68, auctor adducit, ex laxioribus casuistis potissimum hausit. Quare legendi sunt Pontas in *Diction. cas. consc.* et Raynaudus, *De monitor.* In Dictionario tamen Pontas, *loc. cit.*, nihil

stat pro præcepto superioris, quod est certum, et excusatio est duntaxat dubia. Barbosa, *loc. cit.*, n. 72, et alii communiter.

(34. Nemo tenetur vi monitorii alium denunciare, quando ex denuntiatione prudenter timet sibi, aut suis usque ad quartum gradum aliquod grave damnum contra aliquod ex quatuor bonis hominis, videlicet animæ, corporis, famæ et substantiæ corporalis, quod juxta debitum ordinem sit præferendum damno alterius, quia præcepta humana et positiva non obligant cum tanto incommodo. Diana, part. IX, tr. 8, resol. 48; Bonacina, tom. I *De obligat. denuntiand.*, disp. 6, § 3; Felix Potestas, tom. II, part. I, n. 39 et alii.

(35. Nec quis tenetur ex vi monitorii denunciare conjunctos intra quartum gradum, etiamsi non adsint alii testes. Qui enim de jure compelli non potest ad testificandum contra ipsos, nec tenetur eos denunciare vi monitorii, quia non debet lex ecclesiastica cedere in benignitate legi civili, ut velit eos ligare, quos lex civilis non obligat. Lex autem civilis non obligat ad testificandum contra ipsos supradictos, textu expresso in l. *Quarta*, § *De testibus*, relat. c. *Si testes* 3, caus. 4, q. 2 et 3, ibi: *Item l. Quarta*, § 4: « Lege Julia publicorum judiciorum cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrinove natum, eosque qui priori gradu sint. » Tancred., tom. V, tract. 4, qu. 20; Felix Potestas, *loc. cit.*, n. 30; Pontas, verb. *Monitorium*, cas. 12, cum Eveillon., Angelo de Clavasio, Navarr., Suarez, Avila et Barbosa, ibi citatis; Diana, part. v, tract. 13, resolut. 67; Raynaud., *De monitoriis*, part. I, cap. 3, q. 20; Lopez, Sylvius, Baunius; et alii apud Dianam, part. VIII, tract. 7, resol. 10, qui cum Escobar id tenet, tam de consanguineis, quam de affinibus, usque ad quartum gradum, quia, si conjunctus ageret ut denuntiator, aut talis contra sic conjunctos, orirentur inter familias sic conjunctas plurimæ dissensiones, et inimicitia, et sic tolleretur domorum, et familiarum pax et quies, quod cederet in maximum reipublicæ præjudicium; ex qua ratione Raynaudus et Diana, *locis citatis*, eos a denunciando eximunt, nedum in causis criminalibus, sed etiam in civilibus. Quod tamen respectu affinitatis non admittit sacr. cong. Concil. in *Fulginate*. 24 Decemb. 1630, penes Sellium in *Selectis canonic.*, cap. 10, n. 6, et Barbosam *super concil. Trid.*, *cit. sess.* xxv, cap. 3, n. 12, ubi attestantur fuisse a dicta sacra congregatione sic resolutum: « Revelare tenentur scientes, ita ut non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris monitorialibus Apostolicis, quando veritas

fere inveniet lector, ex quo emendare quæ laxius alicubi auctor noster tradit, queat. Igitur adest *notas* ad loca, ad quæ se Lucius refert, et consulat probatiores theologos, qui in his quæstionibus explicandis accurate versati sunt.